



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber dissencionum archiepiscopi Coloniensis et Capituli Paderbornensis

Dietrich <von Engelsheim>

Münster, [1893-1897]

3. De regimine domini Theodorici, archiepiscopi Coloniensis, et per eundem perpetratis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54427](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54427)

premissa electio et postulatio decreta¹⁾ sedis apostolice aspectui²⁾ presentaretur, dominus tunc papa Johannes XXII. electionem de dicto domino Thederico factam, et non domini Wilhelmi postulationem sedis apostolice auctoritate confirmavit. Quod pretactus dominus Wilhelmus et illustris dominus Adolfus, dux Julie et Montensis, ipsius frater germanus, egre ferentes, tunc fortius confisi de suis potenciis sevis bellicis cum domino dicto Theoderico se miscuerunt, plura terribilia bellica et certamina lucrando et perdendo, perpetrando³⁾ tam Coloniensem, quam Paderbornensem ecclesias invadendo artiori omni modo, quo maluerunt, ita quod alter ecclesiarum (?) alterius auxilio indigebat, sic quod suis amicis intervenientibus dominus Theodericus ecclesiam Paderbornensem ad suam tuitionem tuturio nomine ad decem annos recepit iuxta modum et formam, qui infra statim in literis desuper confectis continetur, quas hic habere volo pro insertis etc.

3. Cum vero prenominate dominus talem tutelam, ut prefertur, in se suscepit, ipse tamquam bonus pater familias in sua absentia nobili viro, domino Bernhardo de Lippia, vices suas commisit, eum summum officialem in temporalibus suis preficiendo, qui cum consensu capituli et aliorum secum et cum eis confederatorum alios in locis oportunis advocatos, dapiferos et curam pupillorum gerentes preposuit, tuendo eosdem ex adversis. Videns sic in hiis prosperos et bonos successus, et quod prefatis ecclesiis Coloniensi et Paderbornensi ex hoc, quod simul iuncte fuerint, commoditatem provenire, et quod se poterant efficacius a noxiis preservare, ideo

¹⁾ Im Originaltexte steht: „premissam electionem et postulationem decretam.“

²⁾ = arbitrio nach du Cange.

³⁾ Mit der Nebenbedeutung „schädigen“ nach Dieffenbach.

cum scitu et voluntate prepositi, decani et capituli ecclesie Paderbornensis sibi a Beatissimo Johanne, papa XXII. sibi, ut administratori perpetuo in spiritualibus et temporalibus obtinuit, eandem ecclesiam ad suam vitam commendari, prout in literis apostolicis desuper confectis, infra descriptis, lucidius continetur; quarum literarum vigore procuratoribus suis missis in anno domini M^oCCCCXV 1415 possessionem realem et effectualement procuratorio nomine talium, ut infra describuntur, apprehendit. Tunc completa erat oracio Davitica psalmi: „Deus laudem“, quia episcopatum ipsius accepit alter. Tunc dominus prelibatus Theodericus, archiepiscopus, cum dicto domicello de Lippia, dominis de capitulo, eorum advocatis confederatis et eorum complicibus fortius dicto domino Wilhelmo incepit resistere, cum magna potencia violenter castrum Dringenberg et Nienhuss obsidendo et obtinendo, suis usibus applicando, et dictum dominum Wilhelmum eis privando, demum castrum et oppidum Ottensteyn cum potenti manu armata captando, fortissime suis adversariis, ducibus Brunswicencibus, qui tunc castrum Dringenberg in sua possessione habuerunt, et duci Montensi et multis aliis comitibus et terrarum dominis resistendo, multa certamina cum eisdem committendo sic, ut dominus Fredericus, nobilis comes de Morse, nomine dicti domini archiepiscopi, et Johannes Westphal, miles, nomine dominorum de capitulo, dominus Bernhardus de Lippia ut capitanei cum suis complicibus, bene octingentis equis et totidem pedestribus terram comitatus Ravensbergensis intrarunt, incendia plurima ibi facientes, plures ibidem captivantes, sic quod simile ibidem in memoria hominum non persistebat, ultra XL captivos secum deducentes. Tunc demum Johannes de Ffalkenberg, miles, et Johannes de Haxthusen, armiger in Beverungen, domini predicti advocati, plura certamina

cum reverendo domino Theoderico Rebok, abbate in Helmershusen, et suis singulis septimanis bis vel ter pro brevitare vite (?) habuerunt, sic ut tandem de illis Helmershusensibus circa quinquaginta captivarunt, quod ea de causa dictus dominus abbas mitigatus, dominos de capitulo capitulariter congregatos in civitate Paderborna accessit, veniam de commissis postulans, eorum gratie se submittens taliter, quod in concordia tunc inter eos inita a medietate pecuniarum sibi ascriptarum nomine ecclesie Paderbornensis resiliebat, desuper literas in armario ecclesie Paderbornensis reclusas eis deponendo, se, suos dominis episcopis pro tempore existentibus, suis capitulis celebrandis et iurisdictioni submittens.

Circa idem tempus vel quasi prope opidum Lechtenowe inter villas Kertorpe et Stenheym, mutata fortuna certamine bellico inito, sub annis nativitatís Christi 1415^{16/3} M^oCCCCXV sabbato ante Judica dominus Widekindus Spegel, prepositus, dominus Stephanus de Malsburg, canonicus, Hermannus Spegel, miles, Henricus Stapel, pro tunc advocatus, Wernerus de Gudenberg, Wilhelmus Westphal, Hermannus de Herse, Didericus de Nihusen, Didericus de Twiste, Hermannus de Stochusen, Hermannus de Mengerssen cum suis amicis (?) ¹⁾ comitantibus erant per Ffredericum de Patberg, militem, Fredericum de Driburg, Gironem et Heidenricum de Kalenberge captivati. Ubi dominus pretactus Coloniensis et capitulum Paderbornense ultra X milia florenorum dampna passi erant. Qui omnes deo auxiliante bene et honorifice nomine pretacte Paderbornensis ecclesie erant bono intermedio passionibus multis prehabitis liberati sine eorum destructibili detrimento.

¹⁾ Die Richtigkeit der Lesung „amicis“ ist zweifelhaft.